



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti**

**Sá, Manuel de**

**Coloniae, 1610**

Comedere

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41645**

1 **C**olumbarium habere licet, vbi est consuetudo, nec populus quæritur.

\* *De Columbario Caietan. ver. Columbarium Angles in 4. p. 2. pag. 194. Syl. Rest. 3. nu. 4. Naua. c. 17. nu. 126. Carbo. de restit. q. 36. Salon in 2. 2. q. 62. ar. 3. contro. vlt.*

\* *Fum. ver. Columbarium Angles, Nau. l. 2. Val. t. 3. d. 5. q. 6. p. 5.*

2 Columbas, cum videtur à columbario profugæ, licet cuius accipere.

\* Animalia dominum non habentia fiunt primò occupantis. *Mol. d. 41.* Quæ regula locum habet etiam in alijs rebus. Columbarum dominium amittitur, dum illæ domicilium mutarunt. *Mol. ibi. Vide eundem d. 50.*

Ab alieno ad suum columbarium columbas arte, aut fraude attrahens tenetur restituere. *Cou. reg. pe. p. 2. §. 8. nu. 14. Angles l. c.*

Damma alijs à tuis columbis allata restituere. *Val. Nau. l. c.*

#### COMEDERE.

1 **C**arnes humanas edere in extrema necessitate licitum est. *Caiet. 2. 2. q. 148. nu. 2.*

\* *Nau. l. 5. conf. 2. de sortileg.* Negat vllum esse in iure de hac re textum: neque quæstionem grauißimam audet definire, sed, si licet, licet, cum iam corpora mortua sunt. *Vide eundem c. 23. nu. 121.*

Ossi-

Offibus, adipe, puluere humano ex cerebro licet uti medicinae causa. ib.

Azorius tamen l. 7. c. 33. q. 4. de hac re fuse disputans negat in extrema necessitate licere humanis carnibus vesci.

2 Edere ex intentione vsq; ad vomitum alij mortale esse aiunt, alij negant, si fiat ex consilio medici, licitum est.

\* Aiunt Angel. & alij Negant Naua. c. 23. nu. 119. Caiet. in summa. ver. Gula.

Sed si Vide Azorium. l. 7. c. 33. q. 4.

3 Prouocare vomitum, ut iterum comedas, mortale esse, non improbabiler quidem affirmant.

*Commodatum, vide Casus fortuitus, Culpa, Debitum, Depositum.*

1 Commodatum ad certum vsum, non potest repeti, etiam superueniente necessitate, si commodatarius aliunde fuisset habiturus, nisi tu commodasses. De quo Syl. verb. commodatum. num. 4.

\* De commodato Conrad. Lopez Mol. ad 294. Garzias c. 5. Nau. c. 17. num. 182.

\* Lege Nau. l. c. Mol. l. c. num. 8.

2 Commodans scienter rem vitiosam, non admonito commodatario, tenetur de damno secuto.

\* Garzias l. c. numer. 7. Fu. commodatum. 5. Mol. l. c. num. 7.

8 Qui-